

Capitulum X. De Moldavia  
sive Valachia.  
Homagium Salatini Moldaviae. 44

Est plures tractatus inter Serenissimum Prin-  
cipem Dominum, Dominum Casimirum III.  
Regem Poloniae, et Barones Poloniae, sua  
Serenissima Majestatis et Regni nomine  
ex una, et inter Magnificum Joannem  
Stephanum Salatinum Moldaviae, armige-  
rosque ipsius, suo et terra Moldaviae, di-  
nilitur nomine parte ex altera, partim  
personaliter, partim etiam per Regiae  
Majestatis nuncios, diebus aliquot ab ad-  
ventu ipsius in presentem diem habitos, Do-  
minus Salatinus Moldaviae, qui supra pro-  
pter Defensionem a Poloniae Regno habendum,  
feria secunda proxima post festum nati-  
vitatibus Virginis Gloriosae Mariae, ad homa-  
gium Serenissimo Principi Domino Casimiro  
Poloniae Regi et: incliteque suae Poloniae Co-  
rone praestandum, se, posteros, et terram su-  
am juramento ad fidelitatem subjectionem,  
et obedientiam perpetuo servandam haben-  
dam et obstringendam consensit hora ter-  
tiarum, eademque die hora meridiei, vel  
pauculo serino homagium, et corporale ju-  
ramentum praestitit, juxta informationem  
per majestatem Regiam datam. Primum  
itaque Majestate Regia, cum adhuc ille ab-  
spet

esset, solium suum in corona qua corona-  
tus est, ascendente, ibique in apparatu in-  
tegro, quem circa coronationem induit, sedente,  
Majestatis Sede septa spiritualibus et  
Secularibus prelatibus, et Summatibus infra-  
scriptis, Stephanus Palatinus à Majestate  
Regia per Magnificos nuncios ad ve-  
niendum faciendumque, ea quæ debet avi-  
satus, et conductus cum omnibus suis  
armigeris, Bojaris, vulgari eorum lingua  
Dietis, eques venit: ad latus vero per  
vinum suum fidellem habebat, cui Ban-  
derium quoque magnum sericeum colo-  
ris rubri, in quo arma terra Molda-  
vice pulchre auro depicta erant, præse-  
rebantur. Sui vero omnes terrigena bona  
hereditaria in Moldavia habentes, et alii  
omnes Curienses notabiliores, Banderia par-  
va, quilibet suum equum insedendo, ma-  
nu tenebant. Ipsius et Regis clangenti-  
bus tubis, ascendensque ad Majesta-  
tis Regie, ex equo descendit, dein Ban-  
derium manibus corripuit, ac mox cum  
Banderio versus solium processit, id eti-  
am sui omnes post eum facere: imme-  
diatèque solium accedens, flexis suo mo-  
re genibus, et capite prono, Banderi-  
um usque ad terram inclinavit, similiter  
facientibus Subditis: tenorem homagii his  
verbis

verbis proferebat. Majestate Regia immota sedente, sed stantibus Dominis his verbis in facie Majestatis Regiae.

Clementissime mihi Rex, ego Serenitati vestrae homagium facio et praesto cum annulis terris, et hominibus meis, et praesto tuitionem Serenitatis vestrae, et circa jura, in jureque meo et dignitatibus conservari. Hic adhuc bannerium tenuit, pro genu autem flexione, de ritus sui more, capite inclinato, tacto signo crucis Sanctae, iuramentum fecit corporale, his verbis:

Gratiosissime Rex, ego homagium praesto, et juro, ac etiam promitto fideliter sine Dolo et fraude Vestrae Serenitati, Successoribusque Serenitatis vestrae Regibus, et Sacrae Coronae Regni Poloniae, cum annulis terris, baronibus, et hominibus meis, fidelitatem, esseque fidelis et obediens, Serenitati vestrae, Successoribus, et Coronae Poloniae Regni. Sic me Deus adjuvet et Sancta Christi crux.

Mox iuramento finito, haec respondit Majestas Regia verba, residens in sede Majestatis suae: Nos te et terras tuas in nostram protectionem recipimus, et circa omnes Dignitates, et jura omnia terrarum tuarum, tanquam Palatinum nostrum relinquinus. . . . Hic Dicit osculata est eum Majestas Regia.

(osculo)

oculo facto, recepit Banderium Majestas  
Regia manibus, De Palatini manibus, in  
Manusque Mareschali Regni illud Dedit.  
Hic primum armigeri omnes Palatini  
Moldavia stantes circa solium Majesta-  
tis, sua banderia parva e manibus in  
terram straverunt, Mareschaloque Regni  
predicto banderium magnum de solio  
Majestatis, juxta ac conclusum erat ad  
Thesaurum Regium deferente, et parva  
illa per Cubicularios Majestatis Regie col-  
lecta, itidem ad thesauri locum fereban-  
tur servanda. Noluit quippe Palatinus et  
armigeri sui consentire, ut intra tractan-  
tum diriperentur: quin petiit, ipsorum  
ut Banderia homagialia honeste serva-  
rentur: propter majoris amicitie auctora-  
mentum. Quo facto Majestas Regia  
non longe a se Palatinum tamquam ami-  
cum, et suum homagiale penes se lo-  
cavit, et consedentibus illis, armigeri ipsius  
omnes sub forma juraverunt facta ere-  
ce. Nos Barones, Vasalli, et tota terra  
Moldavia preestamus homagium nostro et  
totius communitatis terre Moldavia  
nomine, Serenissimo Principi Domino Casi-  
miro et Successoribus Regibus Polonie, et  
Corone Regni Polonie, promittimusque  
et juramus omnem fidelitatem, subje-  
ctionem

tionem, et obedientiam in perpetuum  
 Serenitati suae, Regno et Regibus Poloniae.  
 Ita nos Deus adjuvet, et Sancta Christi  
 crux. Quod quidem iuramentum, quidam  
 eorum manibus cruci appositis, quidam  
 vero expansis supra, fecerunt. Eo facto  
 Regia Majestas omnes Palatini armigeros,  
 universam denique; curiae suae juventutem,  
 militiae Symbolis insigniuit. Hujus actus  
 Regii et Poloniae Regni, tam notabilis,  
 lebritati, pro ceremoniarum more, Reue-  
 rendissimi et Reverendi in Christo Patres  
 et Domini, ac Magnifici, Venerabiles, Stre-  
 nui Generosi ac nobiles interfuerunt: Joannes  
 Watrop Archiepiscopus Leopoliensis, qui  
 Sancta tenebat ad iuramenta. Mathias  
 De Sara Lomza Episcopus Cameracensis,  
 et Joannes Targovicki electus Chelmen-  
 ais, eidem suffragantes: Jacobus De Dembno  
 Castellanus et Capitaneus Cracoviensis,  
 qui cervici Regio Sacrum imponebat, di-  
 rigebatque Diadema. Matthias De Bnin  
 Gosnaniensis, Joannes Amor De Jar-  
 now Cracoviensis, Spytko De Jaroslauu San-  
 domiriensis, qui sceptrum Regni gerebat,  
 differebantque; quippe hi Domini Cracovi-  
 ensis, et Gosnaniensis, Palatini, quod uter-  
 que illud ferre utebatur alter alteri se  
 preferendo, unde unanimi consensu Pa-  
 latino

latino Sandomiriensi Sceptra Dedere pro hac  
vice Duntaxat, Joannes De Silca Russia ge-  
neralis, Jacobus De Buczacz Podolia,  
et Dobestaus De Bussouu Palatini, Rapha-  
el De Jaroslau Sandomiriensis, qui etiam  
Regni Mareschaltum gerebat, Nicolaus  
De Turozwanki Pradiensis, Joannes De  
Koscielce Dobrinensis, Nicolaus De Imi-  
grod Branioliensis, Michael De Bun-  
czacz Auliciensis, Castellani: Krestaus de  
Turozwanki Decanus Inesmensis Cancellar-  
ius, Petrus De eadem Turozwanki the-  
saurarius, qui sub hac Differentia nomum  
tenebat, Cancellario ipso homagii et Ju-  
ramentorum formam atque tenorem  
pronunciante, Gregorius De Lubranice  
Prepositus Marbiniriensis Vicecancellarius  
Regni Poloniae, Stanislaus De Brown Ma-  
reschaltus, Ambrosius Campowski Inesor  
Curie Majestatis Regie, Joannes Le-  
wodowski Tarnoviensis, Joannes Oleski  
Malogostensis Castellani; Nicolaus De  
Jenczyn Gladifer, Joannes De Tarnouu  
Vexillifer Cracoviensis, alique quam plu-  
res Nobiles juvenes, et Regni indigenae  
fidei digni.